

09/11

M-s. 204

327.



14  
DE  
LATINA LINGUA  
EIVSDEMQUE AETATE VARIA.

---

EXERCITIO ORATORIO  
MAECENATES PATRONIQUE

d. V. Martii MDCCCL.

qui

AUGUSTO NOMINI

FRIDERICI MAGNI,

REGIS NOSTRI CLEMENTISSIMI,

SACER EST,

in

JOANNEO HALBERSTADIENSI

HOR. VIII. ANTE MERID.

ut

INTERSINT FREQUENTES

EA, QUA DECET, OBSERVANTIA

INUITAT

GODOFR. CASP. TUVE,


PAST. ADI. MEGA-WECHSUNGAE IN AGRO HOHNSTEINENSI

ET RECT. JOANNEI HALB.

---

HALBERSTADII,  
EX OFFICINA LANGII.





§. I.



**L**atinam linguam eiusdemque pronunciationem pro remedio tantum habendam, quo liceat libros perlustrare eodem conscriptos sermone, atque cum aliis, quorum animus literis fuit imbutus, mentis cogitata communicare facillime, constat inter omnes. Ex quo efficitur, ut pro erudito neutiquam videatur reputandus, qui a liberalium artium studiis remotus literarumque expertus linguam modo calleat romanam.

§. II.

**H**inc scientiam haud constituit, si ex mente philosophorum lubeat vocem explicare. Interim ex iis, quae paulo ante adduxi de latino sermone, licebit cognoscere, eundem iuveni, cui literarum studia curae sunt cordique, haud vlllo vquam tempore posthabendum. Huc accedit, libros praestantissimos, qui et elegantia singulis probantur et doctrina, latina compositos esse lingua.

§. III.

**Q**uid? Quod neque quisquam, qui literis dedit nomen, illa carebit commode, cum communi eruditorum usu fuit recepta semper. Quapropter de eadem conseruanda nunquam non cogitarunt gentes, quae literarum videbantur studiosiores; neque tamen inficias ire licebit, quin varios conamima gentium habuerint exitus vicissitudinesque. Quo enim



enim amoeniori hinc inde fruebantur otio, aut quo plures artium existerent linguarumque amatores, eo maiorem impendebant curam laboresque.

§. III.

Quamuis autem prisca aetate Italica pro patrio coepisset esse sermone; nunc tamen mortuis accensetur linguis, ex quo genti cuidam desit esse propria. Quippe migrationibus gentium barbararum, ut vocant, vastationibusque oppidorum mirum in modum fuit corrupta; quid? corrupta? immo vero vulgaris eiusdem usus plane fuit sublatus. Neque tamen diffidendum censeo, quin alias vocum mutatione mixturaque ex sese procrearit linguas; quo referenda gallica videtur, ita la hispanicaque.

§. V.

Hinc nostra quidem aetate ex libris romanorum commode addiscitur, quos mutos vocare lubet doctores. Iidem lecti saepius relectique facillime erudiant ignaros, orique addunt facultatem latine loquendi; neque tamen, ut sentio, vel alia defunt remedia, eidem addiscendae inferuentia pronuntiandaque.

§. VI.

Caeterum, ut plane hanc calleas linguam, praeter studium legendi indefessum opus est multa attentione, ut naturam romani sermonis geniumque, ut aiunt, percipias mente. Quid? Scripturam ipsam perpendere iuuabit accurate modumque iungendi voces, ut alieno tempore, dum commodum videbitur, simili casu vel dispari iubente liceat imitari. Neque non voces, quae iungunt orationem, probe arbitror infingendas memoriae, quod maiorem opinione praebent orationi venustatem.

§. VII.

Praeter ea voces ipsae multo studio videntur discernendae inuicem, ut exquisitiores praeferrantur elegantioresque aliis pretii minoris; quo enim magis isthac in re distinxeris, eo magis placebit oratio. Saepissime vox quaedam adhibetur incommode, quae alioquin suum recte obtinet locum; ut: venit mihi in mentem, perbelle usurpatur; contra: venit considerandum, perperam. Barbaras tandem voces plane sentio exterminandas, quod videntur deformes, & quae sunt reliqua.

§. VIII.

Scripturam vero priscae usitatum caue credas singulis esse eandem: diuersam potius deprehendes multiformemque. Laconas alii sequuntur



tur scribendo perpaucis iisque exquisitissimis animi cogitata prodentes verbis: praeterea sunt, qui atticum amplectuntur dicendi modum, nimis prolixum adhibendo sermonem: alii denique asiaticum amant morem, qui medium tenet locum. Hinc stilum, quem vocant, triplicem statuunt, istum laconicum, quo Tacitus videtur referendus; illum atticum, vbi laudandum puto Muretum; hunc tandem asiaticum, quo vtitur Cicero pluresque.

§. VIII.

**Q**uo autem facilius percipitur oratio, quo magis fluit sermo, eo magis probabitur scriptura, eo erit elegantior, eo acceptior. Naturam si secutus fueris ducem, modumque dicendi elegeris eidem conformem; bene se res habebit omnino. Contra videbitur absonum, si inuita, vt aiunt, minerua cuidam aduectas scripturae.

§. X.

**P**raeter grammaticam, quae pro fundamento est, lexico videtur opus exquisitissimo, quod memoriae subueniat vacillanti, supellestemque vocum praestet copiosissimam. Verumtamen caute eligendum, ne optionem habeas indignam. Palmam praeripiunt reliquis Gesneri, Fabri, Nizolii aliique, quorum laudes nulla non manebunt aetate.

§. XI.

**N**on vocum modo locutionumque, vt supra commemoravi, suscipiendum arbitror selectum, sed et libri probe sunt discernendi, ex quibus romanorum addiscere cupias sermonem. Multum intererit omnino ad excitandam orationis venustatem, si plane habeas cognitum, qui sint tibi perlustrandi, quique posthabendi aut prorsus abiicendi: tunc enim de puritate sermonis commode licebit iudicare.

§. XII.

**P**raeferendi autem videntur libri, quos tum confectos constat, cum singulis romanorum; quid sentirent, libere liceret dicere. Tunc enim temporis summi oratores certatim adnuebantur, vt alter alteri et verborum suauitate praestaret et modo dicendi. Qua quidem in re vt facillius cognoscatur discrimen; quadruplicem latinae linguae tribuunt aetatem, auream, argenteam, aeneam ferreamque.

§ XIII.

**P**rima illa romani sermonis aetas ad Augustum pertinet imperatorem, a punico inde bello, quod dicunt secundum, facto initio. Ex quibus quidem alii sapiunt antiquitatem, vt: Ennius, Plautus, Terentius; alii nitidiori vtuntur sermone, vt: Caesar, Liuius, Nepos, Cicero, Phaedrus, Quidius, Virgilius, Horatius aliique.

§. XIII.



§. XIII.

**A**rgenteam definiunt aetatem, cum nouas fingere coeperunt roma-  
ni uoculas, a pristina paululum recedentes puritate. Quod quidem  
aeuum ad Traianum pertingit, ab Augusto illo repetendum: quo re-  
feruntur Tacitus, Plinius uterque, Suetonius, Curtius, Paternulus, Se-  
neca uterque, Silius Italicus, Iuuenalis, Persius, Martialis, et qui sunt  
alii. Aetate autem illis ut sint inferiores hi; multum tamen eorum,  
dem peruestigatio conducet ad genus scribendi formandum.

§. XV.

**A**enea ad expugnationem Romae a Gothis factam extenditur aetas,  
trecentos complectens annos. Hic nomino Iustinum, Minutium Feli-  
cem, Eutropium, Aurelium Victorem, Lactantium, Orosium, Clau-  
dianum, Vegetium et plures. Qui quidem singuli fere et elegantia et  
puritate multum cedunt illis, neuiquam tamen abiiciendi plane: cer-  
te lucem historiae praefereutes ex parte perlustrandi sunt.

§. XVI.

**F**errea aetas sistit viros, qui ab urbe capta ad seculum XIII. litera-  
rum monumentis inclaruere; qui vero nequaquam videntur eam ob  
causam voluendi, ut latini sermonis inde petas elegantiam, nisi impe-  
rii aueritas ducere conditionem aliaque. Sedulium hic puto commemo-  
randum, Jornandem, Boethium, Cassiodorum, Bedam, Paulum  
Diaconum.

§. XVII.

**S**eculo XV literae coeperunt efflorescere, cum hinc inde existerent;  
qui ignorantia uisita musas revocarunt exules: *παλιγγενεσίαν*  
vocat literarum. Neque fieri poterat, quin latinae linguae simul ha-  
beretur ratio. Quid? nitidiori quasi eadem incedebat veste, si ad su-  
periores respicias annos. Quis est, qui ignoret Erasmus, Brissonium  
ex seculo XVI., et Lipsios, Scaligeros Gruteroseque ex decimo septimo?

§. XVIII.

**Q**uae quidem lubuit praefari, cum diem nomini augusto FRIDERICI  
MAGNI, Regis nostri clementissimi, sacrum concelebrare visum est, ut  
iuvenes scirent linguae romanae cupidi ediscendae, quosnam deceat li-  
bros perlustrare, quoue ordine, ne forsitan decepti viliores habeant  
voces pro genuinis, aut pro latinis barbaras: quippe iuuenum com-  
modis nunc placuit inseruire.

§. XVIII.



Quod reliquum est, omnes rogo quae loque Maecenates ac reliquos literarum amatores, ut lycei alumnos nostri, qui ad vnum fere omnes ipsi composuerunt orationes, de quorumque diligentia bene licet omnino sperare, omni excipiant benevolentia, exercitioque intersint loquentium.

\* \* \* \* \*

## Inhalt der Reden

### Rebst denen Texten zur Musik.

*Anfangsaria.*  
**B**elebt den Klang, vereinte Töne,  
 Erhebt harmonisch unser Fest /  
 Klingt zwiefach rein / erreicht das Schöne,  
 So jedem Ohr die Reizung läßt.  
 Erlangt die Huld von jedem Gönner /  
 Vergnüget jedes Zärtlichkeit,  
 Erwerbt den Beyfall eurer Kenner,  
 Und wirkt bis zur Zufriedenheit.  
 Am reinsten schallt zu Gottes Ehren  
 Mit wechselnden besetzten Chören.

- 1.) Joh. Georg Hieronymi, aus Dichtmersleben, besingt die Wahrheit in einer deutschen Ode..

*Aria.*  
**U**msonst ist's / Glück und Stand erheben,  
 Umsonst / nach Ehr und Reichthum streben:  
 Die Wahrheit ist nur lebenswert,  
 Sie ist's, die den Verstand regieret,  
 Und die so Ehr als Lust gebietet:  
 Sie ist's, die unsern Geist ernährt.

- 2.) Joh. Christ. Rudolph Kohnli, aus Halberstadt, redet von der Vernunft und deren Gebrauch französisch.

- 3.) Joh. Christian Arnold Garke, aus Halberstadt, handelt in einer lateinischen Elegie von denen geheiligten Steinen der Alten.

4.) Joh.



- 4.) Johann August Bartels und Ludwig Christian Gebhard  
Zwey, beyde aus Halberstadt, unterreden sich von der Grö-  
ße Gottes aus seinen Werken deutsch.

Aria.

Grosser Beherrscher unzählbarer Heere,  
Dir, Herr, gebüret allein Preis und Ehre,  
Denn Du hast Himmel und Erd ausgeschmückt.  
Deinen Verstand und erhabene Stärke,  
Deiner Macht Grösse bezeugen die Werke,  
Die man auf Erden und oben erblickt.

- 5.) Joh. Carl Friedrich Block, aus Magdeburg, beschreibet die Ta-  
delsucht in einem deutschen Gedichte.

Recit.

Wie komts, daß du dein Augenlicht,  
O Tadler, nur auf andrer Splitter lenkest,  
Und siehst den Balken deiner Augen nicht?  
Du glaubst von Fehlern frey zu seyn,  
Und bildest dir nichts als Vollkommenheiten ein,  
Wenn du an dich gedenkest.  
Du brütest dich in deinem Sinn,  
Und särest über alles hin.  
Wie komts, daß du voll Uebermut,  
Da du auch selbst noch Fleisch und Blut  
Im Busen trägest,  
Den Nächsten nur mit Hohn belegest?

Arioso.

Eigendünkel ist vermessen,  
Straft selbst die Unsträflichkeit,  
Tadelt die Bescheidenheit,  
Hat der Menschlichkeit vergessen.

- 6.) Joh. Christian Friederici, aus Seehausen in der Alten Mark,  
erhebet die göetliche Vorsorge in Erhaltung der Kirche mit  
einem deutschen Gedichte.

Aria.

Hebe mit jauchzenden Zubeleertönen,  
Uebriges Zion, die Augen empor.  
Vergiß der bitteren Klagen,  
Die Gott dein Leid vortragen.

Steig



- Steig in entflamte Begierde zu loben/  
 Werde im Loben auch selber erhoben;  
 Munteres Saitenspiel/ schone im Chor. B. A.
- 7.) Aug. Bernh. Valentin Herbing, aus Halberstadt/ handelt  
 vom Interim in einer deutschen Rede.
- 8.) Joh. Christian Arnold Garke, besingt das Namensfest un-  
 sers allernädigsten Königs, **FRJEDRICH** des Grossen  
 in einer deutschen Ode.

Recht.

Wirf, **FRJEDRICH**, Deinen Gnadenblick  
 Noch fernerhin auf uns zurück.  
 Laß, Grosser König/ unser Singen,  
 Das Dir an Deinem Namensfest so Lieb als Ehrfurcht weihn,  
 Ein angenehmes Opfer seyn,  
 Ob es gleich rauh und heisrig klingt,  
 Was unsre Demut ohne Schmeicheln/  
 Und unsre Treue ohne Heucheln,  
 Monarch, zu Deinem Rume singt.

Aria.

Grosser **FRJEDRICH**, regiere!  
 Weisheit stütze Deinen Thron!  
 Langes Leben, sanften Friede!  
 Leget Dir in unserm Liebe  
 Ein vereintes Wünschen bey.  
 Sey beglückt und unruhren!  
 Deines weiten Reiches Fluren  
 Sehen segensvolle Spuren/  
 Deiner Huld und Güte Lohn. B. A.

- 9.) Ludwig Gottfried Wolf, aus Freyberg bey Raumburg, rühmet  
 die Verdienste der Vorfaren gegen die Schulen deutsch.

Schlusaria.

Verdoppelt die Kräfte der feurigsten Triebe/  
 Preist, Musen, bewündert die göttliche Liebe,  
 Die diesem Sis noch Wachs gewärt.  
 Wünscht, singet, bringt Opfer mit lodrenden Kerzen;  
 Erhebet mit jauchzendem Munde die Herzen,  
 Ihr, deren Brust die Weisheit nart.






AB: 753875


(X 2360691)

R









14

DE  
LATINA LINGUA

EIUSDEMQUE AETATE VARIA,

---

EXERCITIO ORATORIO  
MAECENATES PATRONIQUE

d. V. Martii MDCCCCL,

qui

AUGUSTO NOMINI

FRIDERICI MAGNI,

REGIS NOSTRI CLEMENTISSIMI,

SACER EST,

in

JOANNEO HALBERSTADIENSI

HOR. VIII. ANTE MERID.

vt

INTERSINT FREQUENTES

EA, QUA DECET, OBSERVANTIA

INUITAT

GODOFR. CASP. TUVE,

PAST. ADI. MEGA-WECHSUNGAE IN AGRO HOHNSTEINENSI

ET RECT. JOANNEI HALB.

---

HALBERSTADII,  
EX OFFICINA LANGII,

